

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

C. PLINIUS CORNELIO TACITO SUO S.

1 Salvum in urbem venisse gaudeo; venisti autem, si quando alias, nunc maxime mihi desideratus. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum, quod est in manibus, absolvam. 2 Vereor enim, ne, si hanc intentionem iam in fine laxavero, aegre resumam. Interim ne quid festinationi meae pereat, quod sum praesens petiturus, hac quasi praecursoria epistula rogo. Sed prius accipe causas rogandi, deinde ipsum, quod peto.

3 Proxime cum in patria mea fui, venit ad me salutandum municipis mei filius praetextatus. Huic ego "Studes?" inquam. Respondit: "Etiam." – "Ubi?" – "Mediolani." – "Cur non hic?" Et pater eius – erat enim una atque etiam ipse adduxerat puerum –: "Quia nullos hic praeceptores habemus." 4 "Quare nullos? Nam vehementer intererat vestra, qui patres estis" – et opportune complures patres audiebant – "liberos vestros hic potissimum discere. Ubi enim aut iucundius morarentur quam in patria aut pudicius continerentur quam sub oculis parentum aut minore sumptu quam domi? 5 Quantulum est ergo collata pecunia conducere praeceptores, quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea, quae peregre emuntur – omnia autem peregre emuntur – impenditis, adicere mercedibus? Atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum pro re publica nostra, quasi pro filia vel parente, tertiam partem eius, quod conferre vobis placebit, dare. 6 Totum etiam pollicerer, nisi timerem, ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumpetur, ut accidere multis in locis video, in quibus praeceptores publice conducuntur. 7 Huic vitio occurri uno remedio potest, si parentibus solis ius conducendi relinquatur, isdemque religio recte iudicandi necessitate collationis addatur. 8 Nam qui fortasse de alieno neglegentes, certe de suo diligentes erunt dabuntque operam, ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat, si accepturus et ab ipsis erit. 9 Proinde consentite, conspirate maioremque animum ex meo sumite, qui cupio esse quam plurimum, quod debeam conferre. Nihil honestius praestare liberis vestris, nihil gratius patriae potestis. Educentur hic, qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare, frequentare consuescant. Atque utinam tam claros praeceptores inducatis, ut in finitimis oppidis studia hinc petantur, utque nunc liberi vestri aliena in loca ita mox alieni in hunc locum confluant!"

10 Haec putavi altius et quasi a fonte repetenda, quo magis scires, quam gratum mihi foret, si susciperes, quod iniungo. Iniungo autem et pro rei magnitudine rogo, ut ex copia studiosorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumspecies praeceptores, quos sollicitare possimus, sub ea tamen condicione, ne cui fidem meam obstringam. Omnia enim libera parentibus servo: illi iudicent, illi eligant, ego mihi curam tantum et impendium vindico. 11 Proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam suam ferat.

VALE.

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

2 Vereor enim,
ne,
si hanc intentionem iam in fine laxavero,
aegre resumam.

Interim ne quid festinationi meae pereat,
quod sum praesens petiturus,
hac quasi praecursoria epistula rogo.

Sed prius accipe causas rogandi,
deinde ipsum,
quod peto.

Vokabeln

verēri, vereor, veritus sum	fürchten, sich scheuen; verehren
enim (<i>nachgestellt</i>)	denn, nämlich
nē (<i>Subjunktion; m. Konj.</i>)	dass nicht, damit nicht; <i>nach Ausdrücken des Fürchtens</i> : dass
hic, haec, hoc	dieser, diese, dieses
intentio, intentionis f	die Spannung, Aufmerksamkeit; das Ansinnen, die Absicht, Intention
iam	schon, bereits; nunmehr
finis, finis m	das Ende; die Grenze; der Zweck; <i>Pl.</i> das Gebiet
laxare	lockern; erleichtern
aeger, aegra, aegrum	krank, verstimmt
resumere, resumo, resumpsi, resumptum	wieder (an sich) nehmen, wieder vornehmen, erneuern, wiederholen, wiederherstellen
interim	inzwischen, unterdessen
quis?/quid?	wer?/was?
festinatio, festinationis f	die Hast, Eile, Ungeduld
meus, mea, meum	mein
perire, pereō, perī, —	zugrunde gehen, umkommen
praesens, praesentis	gegenwärtig, anwesend
petere, petō, petivī, petitum	bitten, verlangen; angreifen; aufsuchen; gehen/fahren nach
quasi	(<i>Adv.</i>) gewissermaßen; (<i>m. Konj.</i>) als ob
praecursorius, praecursoria, praecursorium	voraneilend, voraueilend
epistula, epistulae f	der Brief
rogāre, rogō	fragen; bitten
sed	aber, (je)doch; sondern
prius	zuerst; früher
accipere, accipiō, accēpī, acceptum	annehmen, empfangen; aufnehmen
causa, causae f	der Grund; der Prozess, der Streitfall
deinde	dann, darauf; von da an

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

3 Proxime cum in patria mea fui,
venit ad me salutandum municipis mei filius praetextatus.

Huic ego "Studes?" inquam.

Respondit: "Etiam."

"Ubi?"

"Mediolani."

"Cur non hic?"

Et pater eius

— erat enim una atque etiam ipse adduxerat puerum —:

"Quia nullos hic praeceptores habemus."

Vokabeln

proximus, proxima, proximum
cum (*Subjunktion*)

patria, patriae f
ad (*m. Akk.*)

salūtāre

municipes, municipis m

filius, filiī m

praetextatus, praetextata, praetextatum

studēre, studeō, studiī, — (*m. Dat.*)

inquit

respondēre, respondeō, respondi, respōnsum

etiam

ubi?

Mediolanum, Mediolani n

cūr?

non

et

pater, patris m

is, ea, id

ūnā (*Adv.*)

atque/ac

addūcere, addūcō, addūxī, adductum

puer, puerī m

quia

nūllus, nūlla, nūllum

praeceptor, praeceptoris m

habēre

der nächste; der letzte

1) *mit Konj.*: als, nachdem; da, weil; obwohl

2) *mit Ind.*: als/als plötzlich, immer wenn

das Vaterland, die Heimat

zu; zu ... hin; an; bei

(be)grüßen

der (die) Bürger(in) eines Munizipiums; Mitbürger(in),

der Landsmann, die Landsmännin

der Sohn

mit der (*sc. toga*) Prätexa angetan, in der Prätexa => junger Mann;

unzüchtig

sich bemühen (um); wollen; sich bilden

sagt/sagte (er, sie)

antworten, entgegen

auch; sogar

wo?

Mediolanum (*ein Städtenamenname*, Mailand)

warum?

nicht

und, auch; sowohl ... als auch, einerseits ... andererseits

der Vater

dieser, diese, dieses; der(jenige), die(jenige), das(jenige); er, sie, es

zusammen; gemeinsam

und, und auch

heranführen; veranlassen

Junge

weil

kein

Lehrer

haben; halten

4 "Quare nullos?

Nam vehementer intererat vestra,

qui patres estis"

— et opportune complures patres audiebant —

"liberos vestros hic potissimum discere.

Ubi enim

aut iucundius morarentur quam in patria

aut pudicius continerentur quam sub oculis parentum

aut minore sumptu quam domi?

Vokabeln

quārē?

nam

vehemēns, vehemēns, vehemēns

interesse, intersum, interfui (*m. Dat.*)

vester, vestra, vestrum

opportunus, opportuna, opportunum

complūrēs, complūrēs, complūra

audire

liberī, liberōrum *m (Pluralwort)*

potissimum

discere, discō, didici, —

aut; aut ... aut

iūcundus, iūcunda, iūcundum

morari

quam

pudicus, pudica, pudicum

continere

sub (*m. Abl.*)

oculus, oculī *m*

parentēs, parent(i)um *m*

minor, minus

sumptus, sumptus *m*

domī

weshalb?, wodurch?

denn

heftig

teilnehmen (*an etw.*)

euer

geeignet, günstig, passend

einige; ziemlich viele

(*an-, er-, zu*)hören

die Kinder

hauptsächlich, vornehmlich

lernen; in Erfahrung bringen

oder; entweder ... oder

angenehm, erfreulich; liebenswürdig

(*sich*) aufhalten, (*ver*)zögern

(*nach Komparativ*) als; (*vor Superlativ*) möglichst

schamhaft, ehrbar

halten, festhalten; enthalten

unter

das Auge

die Eltern

kleiner, geringer

der Aufwand, die Kosten

zu Hause

5 Quantulum est ergo
collatā pecuniā
conducere praeceptores,
quodque nunc in habitationes,
in viatica,
in ea,
quae peregre emuntur
— omnia autem peregre emuntur —
impenditis,
adicere mercedibus?

Atque adeo ego,
qui nondum liberos habeo,
paratus sum
pro re publica nostra,
quasi pro filia vel parente,
tertiam partem eius,
quod conferre vobis placebit,
dare.

Vokabeln

quantulus, quantula, quantulum	wie klein, wie wenig
ergō	also
conferre, confero, contuli, collatum	zusammentragen, zusammenbringen; vergleichen
pecūnia, pecūniae f	das Geld, das Vermögen
conducere, conduco, conduxi, conductum	zusammenführen, anwerben, mieten
quisque, quaeque, quodque	wer es nur sei; jeder, jede, jedes
habitatio, habitationis f	das Wohnen, die Wohnung; Wohnungsmiete
viaticus, viatica, viaticum	zum Weg gehörig, zur Reise gehörig;
viatica, viaticorum n	das Reisegeld, die Reisekasse, das Beutegeld
peregre	außerhalb der Stadt, über Land, in der Fremde, im Ausland; aus der Fremde, aus dem Ausland, von auswärts; in die Fremde
emere, emō, emī, emptum	kaufen
omnis, omnis, omne	jeder; ganz; <i>Pl.</i> alle
impendere, impendo, impendi, impensum	aufwenden
adicere, adicio, adieci, adiectum	hinzufügen
mercēs, mercēdis f	der Lohn
adeō (<i>Adv.</i>)	so sehr
nōndum	noch nicht
parātus, parāta, parātum	bereit
prō (<i>m. Abl.</i>)	vor; für; anstelle (von)
rēs, rei f	die Sache; das Ereignis
pūblicus, pūblica, pūblicum	öffentlich, staatlich
noster, nostra, nostrum	unser
filia, filiae f	die Tochter
vel	oder
parens, parentis m/f	der Vater, die Mutter
tertius, tertia, tertium	der dritte
pars, partis f	der Teil; die Seite, die Richtung
vos, vestri/vestrum, vobis, vos, a vobis/vobiscum	ihr, euer, euch, euch, von euch/mit euch
placēre	gefallen; Spaß machen
dare, dō, dedī, datum	(von sich) geben

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

6 Totum etiam pollicerer,
nisi timerem,
ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumpetur,
ut accidere multis in locis video,
in quibus praeceptores publice conducuntur.

7 Huic vitio occurri uno remedio potest,
si parentibus solis ius conducendi relinquatur,
isdemque religio recte iudicandi necessitate collationis addatur.

8 Nam
qui fortasse de alieno neglegentes,
certe de suo diligentes erunt
dabuntque operam,
ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat,
si accepturus et ab ipsis erit.

Vokabeln

tōtus, tōta, tōtum	ganz
polliceri, polliceor, pollicitus sum	versprechen
nisi	wenn nicht; außer
timēre, timeō, timuī, –	(sich) fürchten, Angst haben (vor)
mūnus, mūneris n	das Amt, die Aufgabe; das Geschenk
ambitus, ambitus m	die Amterschleichung, der Ehrgeiz
corrumpere, corrumpō, corrupī, corruptum	vernichten, verderben; bestechen
accidere, áccidit, áccidit	sich ereignen, zustoßen
multus, multa, multum	viel
locus, locī m	der Ort, die Stelle; <i>Pl.</i> loca, locorum n — die Gegend
vidēre, videō, vīdī, vīsum	sehen
vitium, vitīi n	der Fehler, die schlechte Eigenschaft
occurrere, occurrō, occurrī, occursum	entgegenkommen, begegnen
ūnus, ūna, ūnum	ein; ein einziger
remedium, remedī n	das Heilmittel
posse, possum, potuī, –	können
sōlus, sōla, sōlum	allein, einzig; nur
iūs, iūris n	das Recht
relinquere, relinquo, reliquī, relictum	zurücklassen, verlassen
īdem, eadem, idem	derselbe, der gleiche
religiō, religiōnis f	(Gottes-)Verehrung; Glaube; Aberglaube; <i>hier:</i> Verpflichtung
rēctus, rēcta, rēctum	gerade, direkt; richtig
iūdicāre	(be)urteilen; richten
necessitas, necessitatis f	die Notwendigkeit, Not(lage); unvermeidlichen Ausgaben, dringende Bedürfnisse
collatio, collationis f	Zusammenbringen, Beitrag, Vereinigung
addere, addō, addidī, additum	hinzufügen
fortāsse	vielleicht
dē (<i>m. Abl.</i>)	von; von ... herab; über; in Bezug auf
aliēnus, aliēna, aliēnum	fremd
neglegere, neglegō, neglēxī, neglēctum	nicht (be)achten, vernachlässigen
certus, certa, certum	sicher, gewiss; bestimmt; zuverlässig
diligere, diligo, dilexi, dilectum	hochachten, (sehr) schätzen
opera, operae f	die Arbeit; die Tätigkeit; die Mühe
ā/ab (<i>m. Abl.</i>)	von (... her), von ... weg; seit
dīgnus, digna, dīgnum (<i>m. Abl.</i>)	(einer Sache/Person) würdig; angemessen

9 Proinde consentite,
conspirate
maioremque animum ex meo sumite,
 qui cupio
 esse quam plurimum,
 quod debeam conferre.

Nihil honestius praestare liberis vestris,
nihil gratius patriae potestis.

Vokabeln

proinde
cōnsentīre, cōnsentiō, cōnsēnsī, cōnsēnsū
conspirare

māior, māior, māius
animus, animī m
ē/ex (*m. Abl.*)
sūmere, sūmō, sūmpsī, sūmptum
cupere, cupiō, cupīvī, cupītum
plurimus, plurima, plurimum
debēre
nihil
honestus, honesta, honestum
praestāre, praestō, praestiī, —
grātus, grāta, grātum

also; daher
übereinstimmen
im Einklang stehen, übereinstimmen, im Einverständnis handeln,
sich verschwören
größer
das Herz; der Sinn; der Mut; der Geist
(her)aus; von (... an)
nehmen
wünschen, verlangen
am meisten, sehr viel
(*m. Inf.*) müssen; verdanken; schulden
nichts
ehrenhaft, ansehnlich, anständig, schicklich, ehrenvoll
(*m. Dat.*) übertreffen; (*m. Akk.*) leisten; hier: „machen“
dankbar; willkommen; beliebt

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

Educentur hic,
qui hic nascuntur,
statimque ab infantia natale solum amare, frequentare consuescant.

Atque utinam tam claros praeceptores inducatis,
ut in finitimis oppidis studia hinc petantur,
utque nunc liberi vestri aliena in loca
ita mox alieni in hunc locum confluant!"

Vokabeln

educare	erziehen
nasci, nascor, natus sum	geboren werden, entstehen
statim	sofort, auf der Stelle
infans, infantis m/f	das kleine Kind; noch nicht sprechend
natalis, natale	zur Geburt gehörig; <i>sc. dies</i> – der Geburtstag
solum, soli n	der Boden, Grund, Erdboden
amāre	lieben; verliebt sein
frequentare	zahlreich versammeln, vermehren, verstärken, besuchen; oft wiederholen
consuescere, consuesco, consuevi, consuetum	sich gewöhnen an; gewohnt sein
utinam	dass doch, hoffentlich; wenn doch
tam	so
clārus, clāra, clārum	hell, klar; berühmt
inducere, inducō, induxī, inductum	(hin)einführen; verleiten
finitimus, finitima, finitimum	benachbart; <i>Subst.</i> der (Grenz-)Nachbar
oppidum, oppidī n	die (befestigte) Stadt
studium, studiī n	der Eifer, die Bemühung
hinc	von hier
ita	so; auf diese Weise
mox	bald (darauf)
confluere, confluo, confluxi	zusammenströmen

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

10 Haec putavi altius et quasi a fonte repetenda,
quo magis scires,
quam gratum mihi foret,
si susciperes,
quod iniungo.

Iniungo autem et pro rei magnitudine rogo,
ut ex copia studiosorum,
quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit,
circumspicias praeceptores,
quos sollicitare possimus,
sub ea tamen condicione,
ne cui fidem meam obstringam.

Vokabeln

putāre	glauben, meinen; (<i>m. doppeltem Akk.</i>) halten für
altus, alta, altum	hoch; tief
fōns, fontis m	die Quelle
repetere, repetō, repetīvī, repetītum	wiederholen; zurückverlangen
magis (<i>Adv.</i>)	mehr; eher
scīre	wissen, verstehen
suscipere, suscipiō, suscēpī, susceptum	unternehmen; sich (<i>einer Sache</i>) annehmen; auf sich nehmen
iniungere, iniungō, iniūnxī, iniūnctum	auferlegen; einfügen, anfügen; die Notwendigkeit auferlegen, es zur Pflicht machen
māgnitūdō, māgnitūdinis f	die Größe
cōpia, cōpiae f	der Vorrat; die Menge; <i>Pl.</i> auch die Truppen
studiōsus, studiōsa, studiōsum	eifrig, fleißig
tu, tui, tibi, te, a te/tecum	du, deiner, dir, dich, von/mit dir
admīrātiō, admīrātiōnis f	die Bewunderung, die Begeisterung
ingenium, ingenīi n	die Begabung; der Verstand; der Charakter
tuus, tua, tuum	dein
convenīre, conveniō, convēnī, conventum	zusammenkommen; zusammenpassen; (<i>m. Akk.</i>) treffen
circumspicere, circumspicio, circumspexi, circumspectum	(rings) umherblicken, überlegen
sollicitāre	beunruhigen; aufwiegeln; <i>hier:</i> zum Hierherkommen bewegen
tamen	dennoch, trotzdem
condiciō, condiciōnis f	die Bedingung; die Lage
fidēs, fideī f	(sicheres) Vertrauen; Treue, Treueschwur; Glaube; Zuversicht
obstringere, obstringo, obstrinxī, obstrictum	verpflichten; verstricken

Brief 4,13: Eine Schule für Comum

Omnia enim libera parentibus servo:
illi iudicent,
illi eligant,
ego mihi curam tantum et impendium vindico.

11 Proinde

 si quis fuerit repertus,
 qui ingenio suo fidat,
eat illuc ea lege,
 ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam suam ferat.

VALE.

Vokabeln

liber, libera, liberum	frei; unabhängig
servare	retten, bewahren
ille, illa, illud	jener, jene, jenes (berühmte/berühmte); der, die, das zuerst genannte
eligere, eligo, elegi, electum	auswählen
cūra, cūrae f	die Sorge; die Sorgfalt
tantum (<i>Adv.</i>)	nur
impendium, impendii n	die Unkosten, Kosten, der Aufwand, Verlust, die Zinsen
vindicāre	beanspruchen
reperiire, reperiō, répperī, repertum	finden, wiederfinden
fidere, fido, fisis sum	trauen, vertrauen
ire, eō, ī, itum	gehen
illuc	dorthin, dahin
lēs, lēgis f	das Gesetz; die Bedingung
fiducia, fiduciae f	Vertrauen
ferre, ferō, tulī, lātum	bringen, tragen; ertragen; berichten
vale	Leb wohl! (<i>Briefformel</i>)